Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



scripturae spem habeamus
Deus aut patientiae et solatij
det nobis idipsum sapere in alter
utrum secundum Jesum xpm: ut u
nanimes uno ore honorifice
tis dm & patrem dni nri Jesu xpi
Propter quod suscipite invicem
sicut et christus suscepit nos
in honorem dei. Dico enim xpm
Jesum ministrum fuisse circumci
sionis propter veritatem dei ad con
firmandas promissiones patrum
gentes autem super misericordia hono
re dm sicut scriptum est. Propter
hoc confitebor tibi in gentibus
et nomini tuo cantabo. Et iterum
dicit letamini gentes cum plebe
eius. Et iterum laudate dnm omnes
gentes et magnificate eum omnes
populi. Et rursum ysaias ait.
Erit radix yesse et qui exurgat
regere gentes: in eum gentes
sperabunt. Deus autem spei reple
at vos omni gaudio et pace in
credendo: ut habundetis in spe et
virtute spiritus sancti. Gradualе. Ex
syon species decoris eius deus noster
manifeste veniet. ℣ Congregate illi
sanctos eius qui ordinaverunt testa
mentum eius super sacrificia. Alla. ℣
Letatus sum in his que dicta sunt
mihi in domum dni ibimus. ℣ Stantes
erant pedes nri in atriis tuis hierusalem.
Hac die uersus ambo cantent
sed per ebdomadem uicissim cantan
Nullo tem. debent. Lucam.
D. i. d. s. Erunt signa in sole
et luna et stellis et in terris pressu
ra gentium prae confusione so
nitus maris et fluctuum arescen
tibus hominibus prae timore et ex
pectatione que superuenient uni
uerso orbi. Nam virtutes ce
lorum mouebuntur. Et tunc vide
bunt filium hominis uenientem in
nube cum potestate magna et ma
iestate. Hys autem fieri incipien
tibus respicite et leuate capi
ta vestra quia appropinquabit redem
ptio vestra. Et dixit illis similitudi
nem. Videte ficulneam et omnes
arbores. Cum producunt iam
ex se fructum: scitis quia prope e
stas. Ita et vos cum videritis
hec fieri scitote quia prope est regnum
dei. Amen dico vobis quia
non preteribit generatio hec do
nec omnia fiant. Celum et terra
transibunt verba autem mea non
transibunt. Credo in. Offertorium. Vis
tu conuertens uiuificabis nos et plebs
tua letabitur in te. Ostende nobis dne
misericordiam tuam et salutare tuum da no
bis. Secreta. Placare quesumus dne